



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-289244-p0001-7

DFG

Pr. 20. num. 16. 20. 21.

7
THESES QVAEDAM IVRIDICAE
DE CELEBRIORIBVS TITVLI
DE DONATIONIBVS CON-
TROVERSIIS NEC NON
QVAESTIONE
AN SIMPLEX DEPOSITIO INSTRVMENTI
DONATIONIS AEQVIPOLEAT INSINVATIONI
PENITVS DECISA.

4
QVAS AVSPICIIS DIVINIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL.


ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV
PRO FACVLTATE DOCENDI
IN ALMA FRIDERICIANA RITE IMPETRANDA

222
PRAESES 1768, 3
JOANNES BAPTISTA SIMON
IVR. VTR. ET PHIL. DOCT.
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
CVM DEFENSORE RESPONDENTE
IOANNE GEORGIO DIETERICHIS
RATISBONensi.

D. FEBR. CIDIICCLXVIII.

ER LANGAE
LITTERIS WALTERIANIS.







VI

THESES QVAEDAM IVRIDICAE

DE CELEBRIORIBVS TITVLI

DE DONATIONIBVS CONTROVERSIIS

NEC NON QVAESTIONE:

AN SIMPLEX DEPOSITIO INSTRVMENTI DONA-
TIONIS AEQVIPOLLEAT INSINVATIONI?
PENITVS DECISA.



Cum nuper ad hancce Academiam accesserim
ea intentione, vt, impetrata legitime fa-
cultate docendi studiosae Iuuentuti Praele-
ctionibus institutis me vtilem praestare pos-
sim, perfectis Promotionis rite factae testimonii, et In-

A 2

sti-

stitutionibus Processus utriusque Supremi Iudicij Imperii, quas quidem manuscriptas exhibui, inclyta facultas iuridica in hac Alma Fridericana petitioni gratiōe annuit, ea tamen lege, vt intra tempus praesinitum secundum inclytæ facultatis statuta publice disputarem, atque ita omnia agerentur legitime; Huic iussui vt obtemperarem, me quidem sensi obligatum, sed cum tamen angustia temporis, aliqua non nulla impedimenta iustae dissertationis elaborationem non permittant, sufficiant theses paucae, quas nunc ad disputandum propono.

Herculeum fane laborem in se susciperet, qui celebriores solummodo Controversias, quibus titulus de Donationibus prae reliquis abundare videtur definire aut plane exhaustire attentaret, meum non est tantas componere lites, neque instituti ratio finit, in rebus arduis et Conatus sufficit, mihi satis superque erit dissertationula hac quasdam indicare, quibusdam vero aliquantulum immorari! vt et recto ordine incadam, a minori ad maius gradum faciam, inter minoris momenti, solutionisque non perdifficiles meo Iudicio numerare licebit primo qualis sit species acquisitionis Donatio in genere sumpta num Iuris Civilis! aut iuris gentium? quod postremum defendit Illust. STRYCKIVS in notis adhunc titulum. Secundo: Quid sentiendum de famosa illa Controversia, ad quam definitio Donationis mor-

mortis causa a PAVLLO ICto ironice data, ab Imperatore
vero Inst. h. t. §. 1. allegata ansam praebuit, de qua Ano-
nymus quidam in dissertatione: de Homeri auctoritate in-
lure. Tertio: An Donationes mortis causa ad exemplum
legatorum adeo redactae sint per omnia, ut nulla prorsus
haec inter et illas inueniatur differentia, his aliisque maio-
ris momenti ac ponderis quaestionibus penitus supersedeo,
et materiam hanc aliis intactam relinquo. Excessus libe-
ralitatis in donando iam ab ipsis iurisprudentiae incunabulis
reprobatus, ac per leges restrictus saluberrimas, est, de quo
Verba faciam. Neminem latebit quousque aeuo peculiare
quoddam vitium prae reliquis inter Mortales vigere ac do-
minari, nostro quidem eiusmodi pruritus donandi valde im-
minutus, ne dicam plane extinctus videtur, ita, ut quibus-
dam fere incredibile eundem olim exstitisse, nisi de legibus
hanc ob rem saluberrime latis adhuc hodiendum constaret,
vi quarum excessui liberalitatis in donando certi praescripti
sunt limites, interest enim Reipublicae, ne quis re sua male
vtatur! recte igitur Clariss. GVNDLING donare subinde
in effectu significat perdere. Huic malo medelam ferre iam
olim omni studio conati, fuere Romani, hinc inde saluber-
rinas excogitarunt leges, quas inter alto quasi Vertice
eminet Plebiscitum Authore Cincio Tribuno Plebis: ne
ultra certam summam donaretur. Qua de re fusius BOEH-
MERI Commentarius ad legem Cinciam, ubi et aliae diffi-
cul-

cultates, quibus eiusmodi Donationes erant expōitae, re-
censentur, etenim constat donationem simplicem apud Ro-
manos neque nudo pacto, neque per meram stipulationem
fatis tutam fuisse ac firmam, nisi traditio accesserit, et tunc
primo completa erat in rebus nec Mancipi seu Prouincialibus,
et post Mancipationem in rebus Mancipi. Inde or-
tum; Venditionem uno nummo factam esse donationem,
nulla enim fieri poterat donatio, nisi festertio interueniente.
Conf. Auerani animadvers. iuris.

Gloriosissimi Antecessores Diui IVSTINIANI hanc
summam ad ducentos solidos restrinxere, donec tandem
Imperator speciali Constitutione in lege 35. C. h. t. extan-
te ad quingentos solidos ampliavit atque determinauit. His
breuiter praemissis indagandum Venit, vtrum Constitutio
mox allegata tam firma ac, stabilis, vt nullam penitus pa-
tiatur exceptionem, minime gentium et hic locum habet
tritum illud:

*Regula nulla datur, quounque autiore feratur
Quam vel non tollit, vel saltem exceptio mollit*

Siquidem Diuus Imperator nemini liberam de rebus suis dispo-
nendi facultatem adimere, sed solummodo temeritatem in donan-
do per saepius citatam Constitutionem coercere intendebat,
sapientissime igitur certam summam sine insinuatione vale-
re,

re, eiusdem vero excessum insinuatione egere statuit, atque decreuit; neque ita satis superque prospectum putauit aequitati, verum et quasdam Donationes inuenit, quae penitus insinuationem, etiam quoad excessum fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem: audiamus porro desuper Imperatorem: alia insuper multa ad vberiorum exitum donationum inuenimus, quae omnia ex nostris Constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt: quas hinc inde sparsas illust. STRYCK. ex vniuersio iure collegit, et ad nouem Casus reduxit, de quibus et hic agere haud superuacaneum duxi. Sunt autem ordine sequentes:

Primo *Donatio a Principe facta.* L. 34. pr. C. h. t.

Secondo *Donatio priuati facta Principi Nouel.* § 2. C. 2.

Tertio *Donatio propter nuptias.* Nou. 119. C. 2.

Quarto *Quae a Magistratu Militum fit Militibus.* L. 36.
§. 1. C. h. t.

Quinto *Facta ad redemptionem Captiuorum.* D. L. 36.

Sexto *Remuneratoria.* L. 27. ff. h. t.

Septimo *Facta illis, quorum domus incendio vel ruina consumpta.* D. L. 36. §. 2.

Octavo *Donatio mortis causa.* L. 4. C.

Nono *Quae fit ad pias Causas,*

His

His perspectis quis adhuc Clementissimum Imperatorem arguere praesumeret libertati naturali insidias struxisse, quis non potius Eiusdem Constitutiones summa Veneratione ac obsequiosissimo deuotionis Cultu prosequetur. Aggredior nunc nouam huius tituli controuersiam, et quidem in praxi perutilem meo tempore in Cammera ventilatam, nimirum: an simplex depositio Instrumenti Donationis ad Acta aequipolleat insinuationi. Quid per simplicem Instrumentum donationis depositionem intelligatur, eruere licet ex motiuis eorum, qui stant pro affirmatiua. Hi sola hac ratione persuasi, contentique nihil aliud desiderantes defendunt insinuationem esse introductam, vt videlicet constaret Iudici de facta Donatione, exinde euincere conantur insinuationem esse meram formalitatem, minime folliciti de causae Cognitione atque confirmatione Judiciali, eo quod non dependeat a quouis Iudice liberalitati donantis praescribere limites. Ast longe aliter se res habet, praeplicant et mihi Negantium ponderosa argumenta. Adquid Constitutio saepius memorata? si Causae cognitio et subsequens confirmatio Iudicis non essent de essentia legis, sine quibus nunquam desideratus obtineri potest effectus, sunt enim et constituant animam legis. Multo grauiora sunt requisita ad validitatem Donationis simplicis, quorum vnico deficiente corruit totum, et donatio haud subsistit. Audiamus igitur, quaenam sint haec requisita, quatuor eorum nummeran-

rantur a Practicis et quidem. Primo: Mandatum speciale. Secundo: Iudicis et Actuarii Praesentia. Tertio: Ipsa insinuatio in Iudicio. Quarto: Causae Cognitio ac confirmatio Iudicialis. Quaeque omnia testimonio grauissimorum Virorum nituntur. Quoad primum, quem latebit in explicatione omnium illorum factuum qui in praiejudicium Mandantis vergere possunt, etiam Mandatum speciale Procuratoris requiri. Recte igitur infertur ad validitatem Donationis simplicis propter excessum summae in Constitutione determinatae et ideo insinuatione egentis requiri Mandatum speciale.

~~Quod donatione ab aliis non posse esse iuxta~~

Iudicis et Actuarii Praesentiam practendunt CARPZ.
p. 2. Const. 16. defi. 16. Nro. HARTMANN PISTOE.
Lib. 3. quaest. 9. N. 14. cum pluribus aliis ibi
allegatis.

~~autem donatione ab aliis non posse esse iuxta~~

Quid de ipsa insinuacione in Iudicio sentendum.
MEVIVS p. 6. Dec. 333. se ita declarat: multum interest Donationem apud Acta scilicet judicialiter fieri, et alias factam actis tantum insinuari, hoc non sufficit, ut coram actis facta dicatur, ad quod requiritur, ut ibi-

B

dem

dem legatur met exprimatur. Pro quanto denique requi-
sito militat Authoritas CARPOVII def. 16. N. 9. et 10.
pag. 2. Conſt. 16. hunc in modum differentis: ad
validitatem inſinuationis requiritur, vt de voluntate iudicis
apparet, quod Donationem ad Acta referri voluerit, et
super istam donationem conficiatur scriptura solennis Coram
Iudice et quidem a tabellione seu Actuario Iudicii, id-
que ad Iudicis Iusſum speciale. Fit enim hoc non modo,
vt Magistratus ſciat, ſed etiam cognoscatur an rata fit
habenda, id est conſirmandā iudicialiter nec ne illa

HAHN ad WESEN. tit. de Donationibus pag.

863.

GAIL. L. 2. obſeru. 39. N. 7.

Haec ſunt beneuole Lector, quae de principalioribus
huius tituli Controuersiis differere conſtitui, fateor
et multa longe maioraque eſſe omissa, aſt ſi tempus
respicias mihi in extrera Regione Verſanti, neceſſa-
riaque librorum copia deſtituto perhumaniter indul-

ge-

gere non dignaberis, excusatione vero hac non
Contentum convincent Disputatio mea inauguralis de Co-
dicillis Lugduni Batavorum habita, nec non Processus in-
teger amborum supremorum Imperii Tribunalium sub ti-
tulo Collegium elaboratorium Cammerale me
praestanda iamdudum alibi praestitisse.



C O R O L L A R I A.

I. *Quilibet prae sumitur bonus, donec probetur contrarium
Gloss. in L. omni modo, C. de inoff. testam. L. une X.
de scrutin. in ord. fac.*

II. *Vindicta est illicita.*

III. *Vita et fama pari passu ambulant L. i. ff. de manu-
miss. vindic. L. isti. ff. quod met. cauf. L. reprobenda C.
de insit. et subsit.*

IV. *Vim vi repellere licet. L. 4. ff. ad L. Aquil. L. i. C.
vnde vi, l. i. ff. de vi et vi arm.*

V. *Res tantum valet, quantum vendi potest l. si seruus ff.
de cond. furt. l. i. ff. ad SCr. Treb.*

VI. *Facta sunt seruanda, l. i. ff. de fact.*

VII. *Qui non habet in aere, luat in corpore l. pen. ff. de
in ius voc.*

VIII. *Negantis per rerum naturam nulla est probatio l. 2.
4. et 7. de probat. l. 23. C. eod.*

IX. *Digniores vinculis publicis contineri non debent l. 3. §.
16. ff. de susp. rut.*

X. *Fideiussor accedit obligacioni qualicunque §. 1. Inst. de
fideiuss.*

XI. *Subditi in causis principum suorum non sunt idonei
testes l. 5. C. de testib.*

XII. *Seruitus etiam pro pretio soluto acquiritur, l. 44. §. f.
ff. Legat. I.*



ULB Halle
007 368 429

3



vD78



B.I.G.

Black

Farbkarte #13

Inches

Centimetres

1

1

2

2

3

3

4

4

5

5

6

6

7

7

8

8

9

9

10

10

11

11

12

12

13

13

14

14

15

15

16

16

17

17

18

18

19

19

20

20

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

7

THESES QVAEDAM IVRIDICAE
DE CELEBRIORIBVS TITVLI
**DE DONATIONIBVS CON-
TROVERSIIS NEC NON
QVAESTIONE**
AN SIMPLEX DEPOSITIO INSTRVMENTI
DONATIONIS AEQVIPOLEAT INSINVATIONI
PENITVS DECISA.

QVAS AVSPICIIS DIVINIS
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO
FRIDERICO CHRISTIANO
MARGGRAVIO BRANDENBURGICO BORVSSIAE
SILESIAEQVE DVCE REL. BVRGGRAVIO NORIMBERGENSI REL.

ILLVSTRIS IVRE CONSVLTORVM ORDINIS CONSENSV
PRO FACVLTATE DOCENDI
IN ALMA FRIDERICIANA RITE IMPETRANDA

PRAESES

IOANNES BAPTISTA SIMON

IVR. VTR. ET PHIL. DOCT.

PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
CVM DEFENSORE RESPONDENTE

IOANNE GEORGIO DIETERICH
RATISBONENSI.

D.

FEBR. CICIOCCCLXVIII.

1768/3

ERLANGAE
LITTERIS WALTHERIANIS.

